



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XVIII. Markgraf Waldemar belehnt die Schulzen zu Frankfurt mit dem  
Stadtgerichte, am 6. Juli 1317.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

trahi volumus, sed omnes cause contra ipsos mouendo in ipsa ciuitate, coram suo Iudice et Scabinis, ac aliis personis, quorum interest, debent decetero agitari. Dantes ipsis ciuibus presentes litteras in euident testimonium premissorum omnium, nostri sigilli munimine roboratas, presentibus testibus nostris fidelibus, Conrado de Redere, Ottone et heinrico Schenkonibus de Schenkendorpp, fritsone, Gheuehardo et heinrico de Aluenfleben, Droysekone et Johanne de Crochere eius filio, Slothekino dapifero, Borchardo et Gunzelino de Berthenfleue, militibus, cum pluribus aliis fidedignis. Actum et Datum in Berlyn, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XVII<sup>o</sup> in crastino sancti Georgii martyris.

Nach Kölden's Waldemar II, S. 516—517.

XVIII. Markgraf Waldemar befehlt die Schulzen zu Frankfurt mit dem Stadtgerichte,  
am 6. Juli 1317.

Nouerint vniuersi, ante quorum conspectum peruenerit presens scriptum, Quod nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et lusacie Marchio, prudentibus viris Wernero, Conekino et Johanni prefectis de Vrankenvord eorumque legitimis Heredibus contulimus et presentibus litteris debito pheodali titulo conferimus Officium prefecture dicte nostre Ciuitatis vrankenvord simul et coniuncta manu possidendum cum omni Jure, Honore et Vtilitate, quibus ipsorum Antecessores tenuisse noscuntur. Si Vero Aliquis predictorum relicto Herede legitimo decesserit, in huius decedentis locum in predicto Officio Heredes decedentis pleno iure succedent manu coniuncta nullatenus violata. Decedente vero ipsorum Aliquo Herede legitimo non relicto, tunc in huius locum et Officium decedentis heres perennior toto iure succedet. Et si aliquis premissorum post datam presencium extra Ciuitatem predictam suum transmotaerit domicilium, tunc is Ab huiusmodi Officio et manu coniuncta manebit exclusus et nullum jus vel successionem ad dictum Officium retinebit. Pro collatione officii predicti Nobis A predictis et Successione officii est plenarie satisfactum. Et ne super premissis Aut de Aliquo premissorum Apud posteros dubium oriatur, presentes litteras conscribi iussimus et sigilli nostri Robore confirmari. Presentibus nostris fidelibus Droysekino et Slothekino, nostre Curie Dapiferis, Petsekone de Ioffowe, Heinrico schenkone de schenkendorpp, Heinrico de Rochowe, Conrado et Alberto de Clepezk, Hennyngo et Hermannno de wlcowe, Hennyngo Bothel, militibus, Euerardo in stolpp preposito, Johanne de kercowe et Hermannno de Iuchowe, nostre Curie Capellanis et Notariis, cum Aliis pluribus fidedignis. Actum et Datum in Struzeberg, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Septimo Decimo, In Octaua die beatorum Petri et Pauli Apostolorum.

Nach dem Orig. des Stadtarchives V, 3.